cto Rectori in forma subsequenti: Ego iuro ad sancta Dei Evangelia corporaliter per me gratis tacta, quod vobis domino rectori meo, & omnibus & singulis mandatis vestris in licitis & honestis obediam. & in negocijs vniuersitatis & factis consilium, auxilium, & fauorem fidelia præstabo. nec prædicta contra ipsam vniuersitatem seu eius bonum statutum alicui dabo, ac ad vocationem vestram veniam totiens quotiens fuero requisitus, sic me Deus adiuuet. & hæc sancta Dei Evangelia. Quodque etiam dictus rector sub poena præstiti iuramenti nomina quorumlibet iurantium per publicum notarium coram quo huiusmodi iuramenta præstentur scribi faciat in libro aliquo seriose studentes ac graduatios sub facultatibus suis distinctè ponendo. Qui quidem liber penes rectorem retineatur: vt cum oportuerit, possit scire qui obedientes fuerint & iurauerint: & qui fuerint contumaces & præstare contempserint huiusmodi iuramentum, quem etiam librum suo officio finito in arca vniuersitatis ponere teneatur.

Constitutio. V. De iuramento præstando ab scholasticis venientibus post electionem Rectoris.

Insuper volumus, quod scholares superuenientes post creationem dicti Rectoris infra octo dies postquam scholas intrauerint, Rectori præfato ilico se præsentent, & iuramentum eidem prout superius est descriptum præstent. Et si prædictum præstare contempserint, seu neglexerint iuramentum, per rectorem eundem ab vniuersitatis consortio repellantur. Verum si qui de studentibus tam existentibus in studio, quam superuenientibus in præstando iuramento Rectori rebelles fuerint, & postquã de Rectoris mandato fuerint denunciati priuati à dictæ vniuersitatis consortio, vltius in sua perduravit contumacia: tunc scholasticus Salamantiensium. ad dicti requisitionem Rectoris canonica monitione præmissa, dictos rebelles excommunicet: & faciat per scholas excommunicatos publicè denunciari.

Recto-

Forma iuramenti præstiti per graduatios & scholares.

Scholares nominati sunt in albo.

Matricula scholarum debet esse retinere.

B
Scholares
rebelles in
prestando
iuramento
excōicē-
tur ab sco-
lastico ad
petitionem
Rēctoris.

Rectorem autem in domino exhortamur, quòd in recipien-
do huiusmodi iuramenta, ac puniendo rebelles, sit sollicitus
& intentus.

*¶ Constitutio. V I. De iuramento prestando ab schola-
stico et officialibus & legatis.*

A
Officiales
iurent corā
notario stu-
dij, & no-
tarius stu-
dij corā alio
infra decē
dies.

Item statuimus & ordinamus, quòd scholasticus ipse qui
est iudex ordinarius studij ac presentium executor, con-
seruatores, notarius, bedelli, stationarius, syndicus, & alij of-
ficiales dicti studij antequam admittantur ad eorum officia,
ac etiam quolibet anno in manibus noui rectoris post suam
creationem infra decem dies coram notario studij, ipseque
notarius coram alio publico & testibus in forma quæ sequi-
tur sigillatim præsent corporaliter iuramenta. Ego almæ
vniuersitatis studij Salamantiñ. ab hac hora in antea fidelis
& obediens erò dictę vniuersitati: consilium quod per se vel
nuncium aut literas mihi creditura erit signo verbo vel nu-
tu ad eius damnum, vel præiudicium nulli pandam. Si verò
damnum tractari sciuerò, pro posse meo impediam ne fiat.
Quòd si per me impedire non possem: illud eidem vniuersi-
tati aut illi, vel illis per quem, aut per quos ad eius noti-
tiam deducatur, significare curabo. Et insuper officium mi-
hi commissum bene & fideliter exequar, geram, & exerce-
bo. Honores, ac iura, vtilitates, & commoda vniuersi-
tatis, remotis odio, gratia, & fauore pro viribus procura-
bo. Statuta vniuersitatis ipsius quantum ad officium meum
pertinuerit obseruabo. Et vobis domino rectori meo, ac
omnibus & singulis mandatis vestris in licitis & honestis
obediam, & ad vocationem vestram veniã totiens quotiens
fuerò requisitus: sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euã-
gelia per me gratis tacta. Et ita iuro. Ultra hoc dictus schola-
sticus iuret quòd à muneribus & encenijis abstinebit: ac suos
omni diligētia qua poterit abstinere procurabit: esculentis,
& poculentis moderatis duntaxat exceptis. Ambaxiatores
verò quando mittentur ad aliqua loca, præstato iuramento
de fidelitate vt supra iurent quòd nihil in præiudicium vni-
uersi-

B
Forma iu-
ramēti pre-
standi ab
scholastico
& officia-
libus.

C
Scholasti-
cus iurare
tenetur q̄
ipse abstine-
bit à mune-
ribus, fa-
cietq; suos
quantum in
se fuerit ab-
stinere.

D
Forma iu-
ramēti à le-
gatis pre-
standi.

uerfitatis Rectoris scholastici doctorum, magistrorum, no-
bilitium & consiliarios attentabunt. Conseruatores etiã,
& prædicti, ac quicunq; alij officiales dicti studij supra po-
sito de fidelitate præstato iuramento iurabunt pro executio-
ne suorum officiorum in ea forma, quæ ipsi vniuersitati visa
fuerit expedire.

E
Conserua-
tores studij
qualiter de-
bēt iurare.

¶ Constitutio. VII. De Primicerio.

Item statuimus, quòd doctores & magistri de collegio
vniuersitatis annuatim tempore quo Rector eligitur in
suo collegio: vnum ex seipsis eligere teneantur, qui Primi-
cerius, seu prior eorum nuncupetur: & præcedens eos in
actibus & congregationibus ipsorum: vt præfidens habeat
curam de concernentibus collegium huiusmodi, faciatque
ipso ad actus communes collegij conuocari. Qui si vocati
non venerint iusta causa cessante: in pœnam trium regaliũ
pro arca collegij quemlibet non obedientem incidere volu-
mus ipso facto. Et quòd præfatus Primicerius cum illis qui
venerint expedire possit: quæ fuerint expedienda. Tenean-
turque Bedelli ipsius studij huiusmodi primicerio necnon
scholastico in his quæ ad eorum spectant officium obedire:
& ad vocationem ipsorum sicut Rectoris venire. Quòdque
prædicti doctores & magistri ad conferendos gradus ba-
chalariatũ, & ad repetitiones faciendas, & ad tenendum
cathedras in repetitionibus publicis bachalariorum, & in
actibus magistrandorum, vel doctorandorũ non admittan-
tur: nisi in habitu doctorali, & magistrali fuerint in eisdem.

A
Primiceri-
us eligendus est
à doctorib;
& magi-
stris quo tē-
pore eligi-
tur Rector.

B
Primicerij
officium.

C
A primice-
rio per be-
dellum vo-
catus mul-
tatur tri-
bus regali-
bus.

D
Bedelli te-
nētur obe-
dire primi-
cerio.

E
Insignia
sua quando
debēt præ-
ferre docto-
res & ma-
gistris.

¶ Constitutio. VIII. De Administratore eligendo.

Item statuimus, & ordinamus, quòd vniuersitas præfa-
ta vnum duntaxat administratorem maiordomum, seu
dispensatorem clericum non coniugatum habeat, & non
plures. Ad cuius officium arrendare, colligere, & admini-
strare pertineat omnes redditus, prouentus, & fructus tam
tertiarum, quàm possessionũ, & aliorũ bonorũ vniuersitatis
eiusdem.

A
Administra-
tor sit tan-
tũ vnus idē
q; clericus.

B eiusdem. Qui quidem administrator per venerabilem fratrem nostrum archiepiscopum Compostellan. ad praesentationem, & supplicationem, & petitionem Rectoris, consiliorum, & lectorum perpetuorum, & ordinariè salariatorum, vel maioris partis ipsorum totiens quotiens eis visum fuerit expedire instituat, seu ponatur, & etiam amoueat. Ita quod supra dictorum petitionem, & praesentationem praefatus Archiepiscopus teneatur praesentatum per eos vel eorum maiorem partem in administratorem ponere: & positum modo simili amouere, ubi & quando fuerit requisitus. Quod si facere infra decem dies a tempore, quo requisitus fuerit, computandos neglexerit archiepiscopus supradictus, Rector praedictus cum omnium ante dictorum consensu, vel maioris partis eorum auctoritate Apostolica liberè & licitè ipsum ponere, & appositum similiter amouere valeat. Nec administrationis officium quisquam per dictum Archiepiscopum aut Rectorem nisi huius nostrae constitutionis seruata forma assumi, aut praefici possit: nec positus ab eodem officio remoueri. Et dictus administrator ante quam ad administrationis officium admittatur, legitimam, & sufficientem Rectori & consiliarijs vniuersitatis nomine & lectoribus supradictis praestare teneatur cautionem.

¶ Constitutio. IX. De iuramento praestando ab Administratore. Et de ratione, et arrendatione reddituum.

A **I**n super volumus & ordinamus, quod administrator & eius locum tenens in manibus noui Rectoris coram notario & testibus quolibet anno iuret, quod circa executionem sui officij in pecunijs procurandis administrationem suam spectantibus, & in legentium stipendijs in Salamantino studio persoluendis, & alijs ad officium suum pertinentibus fideliter se habebit, & diligentiam, ad quam tenetur, debitam adhibebit. Et quod plenariè sine diminutione, & cautela aliqua doctoribus, & magistris, & alijs salariatis in terminis consuetis satisfaciet prout tenetur: retentis tamen pecuniarijs summis poenarum, siue mulctarum, quas dicti doctores & salariati

lariati alij incurrunt ex transgressione huiusmodi sanctionum, de quibus respondere administrator praefatus teneatur realiter, integraliter, & cum effectu eidem vniuersitati, & alijs in constitutionibus his nostris contentis: seclusis excusationibus, & dilationibus quibuscunque. Quodque administrator praefatus anno quolibet teneatur Rectori & consiliarijs suae administrationis reddere rationem. Ita tamen quod praedictae rationi reddendae praesentes sint vnus de doctoribus per omnes doctores, vel eorum maiorem partem, & vnus per vniuersitatem prouidus & discretus bachalarius ad hoc deputati: quos & omnes consiliarios cum notario vniuersitatis Rector vel substitutus eiusdem vocare teneatur, vt dictae rationi omnes & singuli supradicti intersint. Et quod dictus administrator non possit prouentus, & redditus dictae vniuersitatis arrendare: nisi in arrendatione huiusmodi vnus de salariatis lectoribus, quem ad hoc ipsi vel eorum deputauerit maior pars, & alius de vniuersitate, qui ad id per Rectorem & consiliarios deputetur, cum vniuersitatis notario praesentes existant.

¶ Constitutio. X. De censura Ecclesiastica, quam potest exercere Administrator in debitores reddituum.

Item in fauorem vniuersitatis praedictae zelo literarum scientiae, & vt ipsa liberius, & cum minoribus expensis & laboribus sua debita consequatur: & lectores ad legendum vacare quietius valeant quanto maioribus praerogatiuis fuerit ipsa vniuersitas communita: volumus, & praedictis auctoritate & scientia ordinamus ipsi vniuersitati per in perpetuum concedentes: quod administrator praedictus qui fuerit pro tempore auctoritate Apostolica omnes & singulos decimarum dictae vniuersitatis debitores, arrendatores, & fideiussores, ac detentores, seu & occupatores earundem: necnon quoslibet alios contradictores, & rebelles per censuram Ecclesiasticam, & alia iuris remedia cogere, compellere, & compescere: etiam cum inuocatione brachij secularis possit, & valeat.

¶ Con-

**Ministra-
torem praesentatum a
rectore.
Et c. instituat archie-
piscopus
postellan:
quod si in-
fra decem
dies non fe-
cerit, consti-
tuatur a
Rectore.**

**Admini-
strator praes-
tare tene-
tur suffici-
entem cautio-
nem.**

**Admini-
strator te-
netur praes-
tare iura-
mentum quo-
libet anno
in manibus
noui re-
ctoris.**

**Administra-
tor tenetur
retinere pe-
cunias qui-
bus continge-
rit puniri
salariatos.**

C
**Administra-
tor quoli-
bet anno te-
netur red-
dere ratio-
nem suae ad-
ministra-
tionis Re-
ctori & co-
siliarijs.**

D
**Admini-
strator no-
potest solus
arrendare
reditus scho-
lasticos.**

A
**Admini-
strator po-
test com-
pellere de-
bitores re-
dituum cen-
sura eccle-
siastica.**

Item statuimus & ordinamus, quod doctores, alijque lectores ordinariè pro salario legentes à festo sancti Lucae de mense Octobris legant vsque ad festum beatæ Mariæ virginis de mense Septembris: nisi ex causis inferius annotatis, de quibus Rectori fidem facere teneantur, ipsos, vel eorum aliquè cessare contigerit à lectura. Videlicet infirmitatis perpetuæ, vel tēporalis: domestici funeris, nuptiarum negocij, vel gradus recipiendi in studio Salmantino, non alibi, vel captio nis corporeæ sine sua culpa, vel peregrinationis ad limina sancti Iacobi: in anno scilicet iubilei, siue indulgentiæ generalis, iustiq; timoris mortis, vel periculi corporalis, vel perditionis omniū bonorum suorum, siue maioris partis eorū, vel negotiorum vniuersitatis, vocationis Apostolicæ sedis causis, vel aliàs de mandato, & licentia vniuersitatis ipsius. Quibus ex causis per sufficientes substitutos ad voluntatē audiētium positos hi valeant legi facere sine multa. Super sufficientia autē substituti rectoris & consiliariorum stetur iudicium: quorum consciētias super hoc oneramus. Si verò aliæ absentia causæ rationabiles inueniantur in iure his solis duntaxat exceptis absentes ipsi quos absentia huiusmodi vel alia voluntaria durante de salario nihil percipere volumus. Elapsis sex mensibus ab eorum absentia cōputandis suis cathedris sint priuati. Et si per quatuor menses doctor vel lector talis tēpore quo lectura durat solūm ex voluntaria causa se absentauerit vel cessauerit, ab eisdē cathedra & stipēdijs sit priuatus penitus & lectura. Ita tamē quod tēpus vacationis studij nō indictis sex aut quatuor mēsis cōputetur. Qui autē ex alijs causis quā prēmisis quātūcūq; legitimis istis hic expressis etiam maioribus vel æqualibus se absentauerint vel cessauerint à lectura, pro qualibet die cessationis mulctentur pro rata salarij computati & diuisi per dies lectiuos. Volētes etiā quod prædictus administrator requisitus per rectorem vniuersitatis mulctas & pœnas prædictas omni remissione cuiquam de ipsis facienda penitus interdicta sibi numerare tradere

A
Lectiones agantur à die sancti Lucae vsq; ad festum beatæ virginis in Septēb.

B
Quibus de causis licet salariatis impune cessare à lectura, vel abesse ab vniuersitate sine multa.

C
Deficiente cathedra-rio substituentus est lector ad vota audiētium.

D
Qua cause non suffragantur absenti quin mulctetur ex integro.

E
Qui sunt priuati cathedra si ab fuerint sex menses.

F
Qui ex voluntate sua cessauerint legere quatuor menses lectionū tēpore, priuatus est cathedra.

G
Mulctandi modus.

dere & realiter cum effectu assignare: ac rector ipse sub pœna per eum præstiti iuramenti illas ab ipso administratore leuare recipere & exigere teneatur: quarum medietate per rectorem illis qui absentium vel à lectura cessantium vices supplebunt concedenda. Quique ad hoc per eum & consiliarios eligantur, reliqua medietas in ipsius vniuersitatis vtilitatem honorem & commodum conuertatur. Nempè quia humana natura non semper circa labores insistere potest cum lectoribus salariatis mitius agere volentes concedimus eisdem, quod si per octo menses lecturam suam cōtinuauerint continuò vel interpollatim quolibet anno in studio supra dicto: studij tempore in residuo anni per substitutos datos ad studentium vota legi facere sine multa possint.

Constitutio. XII. De lectionibus et controuersia super eis dirimenda: et de officio funeris et sermonibus et de sessione ac ratione reddenda à rectore.

Item volumus & ordinamus, quod rector de consiliario- rum consilio vel maioris partis ipsorum doctoribus & licentiatis ac bachalarijs tam legentibus pro stipendijs quā alijs Cathedras & Scholas assignet ad legendum. Et si aliquam controuersiam super ipsis cathedris & scholis vel lectionibus & legentium salario forsitan inter legentes emergi ex causis quibuscūque contingat: ipsam rector idem audiatur determinet & decida- tur simpliciter & de plano: sine strepitu & figura iudicij, super quo conscientiam eius oneramus. Quodque etiam ipsi rectori per omnes & singulos de vniuersitate circa funera omnium de vniuersitate ac suorum familiarium & officialium studij: & circa sermones in fratrum prædicatorū minorum & Augustinē. domibus ad studiū fieri cōsuetos obediatur. Quos quidē sermones be- delus hora primę diei præcedētis per omnes scholas denuntiare publicè teneatur. Insuper q; rector & scholasticus quoties fuerit opportunū possint ordinare sessiones siue collationes in auditorijs claustris & publicis cōgregationibus studij. In quibus nullus de vniuersitate audiatur, nec vox sua admittatur

H
Administrator teneatur mediā partem salarij absentis re- seruare ar- ce, & alte- ram medietatem dare substituto.

A
Rector de consiliarijs debet assignare lecturas cathedrarum.

B
Controuersia super lectionibus orta dirimenda est à Rectore sine strepitu & figura iudicij.

C
Omnes scholastici conueniant ad funera & sermones.

D
Sessiones ordinare debet rector.

B aliqua-

E aliquo aliter in vulgari. Statuimus etiam quod rector finito officio suo sub poena periurij reddat rationem cum effectu intra mensem de his quae durante officio quomodolibet obenerunt. Et si rector ipse reddita huiusmodi ratione in aliquo obligatus seu obnoxius repertus fuerit, illud infra triduum in studij arca ponere: & nouo successor in officio tradere sub poena iuramenti praestiti teneatur.

Nemo audiatur nisi latine loquens.
Rector redere teneatur ratione cum solutio ne intra triduum.

Constitutio. XIII. De repetitionibus faciendis.

A Item statuimus & ordinamus, quod quilibet Doctorum & Magistrorum salariatorum legentium ordinariè & licentiatorum cathedras primae regentium iuris canonici vel ciuilibus vnã repetitionem quolibet anno facere teneatur circa materiam quam lecturus sit vel legerit illo anno. Quod si non fecerit, de salario eidem assignato & debito decem francos ipso facto amittat: applicandos vniuersitatis arcae: nulla remissione eidem aliquatenus profutura. Et terminus infra quem huiusmodi repetitiones fiant sit ante festum sancti Iohannis baptistae diebus per rectorem secundum prioritatem & posterioritatem graduum ipsorum repetentium consignandis suo modo: Prouiso quod dominicis vel festiuitatibus solennium quae celebrantur authenticè cum sermone in ecclesia Salamantina: & in festo quo sermo studij fuerit diebus non fiat. Et quod inter vnã repetitionem eiusdem facultatis & aliam sit ad minus dierum quindecim interuallum.

Quilibet cathedralis tenetur quolibet anno facere repetitionem ante festum sancti Iohannis baptistae sub poena decem francorum.
Rector debet assignare dies repetendi.
Repetitio non fiat in festis solennibus.

Constitutio. XIII. De iuramento praestando super lectionibus fideliter agendis.

A Item volumus, quod Rector prima die Maij annuatim doctores & lectores alios salariatos facultatis cuiuscunque ad claustrum ecclesiae cathedralis conuocet: qui ibidem in administratoris praesentia seu ipsius locum tenentis in manibus rectoris praestent in modum qui sequitur personaliter iuramenta. Ego iuro ad sancta Dei euangelia corporaliter per me gratis tacta, quod lectionem mihi pro anno sequenti per rectorem & consiliarios assignatam, seu in posterum assignandam

Cathedralis tenentur die prima maij iurare sub hac forma se lectiones sibi per rectorem assignandas.

dam fideliter, & diligenter incipiam: & continuando perficiam ad vtilitatem scholarium & profectum, inchoando sequenti die post festum sancti Lucae proximè futurum: & continuando vsque ad festum Natiuitatis virginis Mariae sub penis in statuto de lectionibus lectorum supra posito contentis: nec aliquam cessationis vel absentiae causam falsam allegabo. sic me Deus adiuuet: & haec sancta Dei euangelia. Qui verò praedictum iuramentum praestare recusauerit illa die, si praesens fuerit in ciuitate, perdat donec iurauerit, salarium pro rata sua cathedrae ipso facto. Si autem absens fuerit illa die, & per rectorem postquam venerit requisitus praefatum non praestiterit iuramentum die qua fuerit requisitus legitima excusatione cessante: perdat pro rata similiter salarium ipso facto prout superius expressum.

Qui non praestiterit iuramentum, perdat pro rata salarium.

Constitutio. XIV. De cursibus Iuristarum.

Item volumus & ordinamus, quod nullus studens in iure canonico vel ciuili ad gradum bachalariatus in Salamantino studio assumatur, nisi in Grammaticalibus fuerit competenter instructus. Et ex post principaliter intendens circa scientiam iuris canonici vel ciuilibus per sex annos vel per maiorem partem anni cuiuslibet praedictorum huiusmodi ius canonicum vel ciuile audiuerit: & decem in scholis publicis in diebus totidem publice legerit lectiones. Et si fuerit Canonista per duos annos ex illis sex, vel per maiorem partem anni cuiuslibet audierit de decreto. Et si forte aliquis studens cursum in aliquo annorum praedictorum non compleuerit: possit in alio sequenti vel sequentibus mediate, vel immediate annis supplere: quae in futuris: & etiam in praeteritis cursibus: tam studentium ad gradum bachalariatus, quam bachalariorum ad examen priuatum volumus extendi. Qui verò contra huiusmodi constitutionis tenorem ad praedictum gradum ascendere praesumpserit: praedicti gradus careat comodo & honore: Et pro bachalario nullatenus habeatur. Rectorem autem qui talem

Nullus creetur bachalarius nisi in grammaticis fuerit competenter instructus. Bachalarius in iure debet cursare sex annos. Bachalarius in iure legat in decem diebus decem lectiones. C. Bachalarius in iure canonico audiat duobus annis de decreto. Modus cursandi.

quis necur
sibus factus
fuerit ba-
chalaris
priuad est
commodo
gradus
honore.

Rector ad
mittens in-
dignam ad
bachalaria
tu, decem fra-
cis puenien-
dus.

B
Cursus li-
centiando-
rum in ar-
tibus.

C
Cursus ba-
chalaris do-
rum in Me-
dicina.

D
Cursus li-
centiando-
rum in Medi-
cina.

studentē ad huiusmodi gradum bachalariatus admitti scien-
ter fecerit: præter periurij reatum decem francorum penam
in vtilitatem dictæ vniuersitatis conuertendorum irremissi-
biliter incurrere volumus ipso facto.

*Constitutio. XV I. De cursibus Bachalariorum et Licen-
ciatorum in Artibus et Medicina.*

Item statuimus & ordinamus, quod ad bachalariatus gra-
dum in artibus nullus admittatur, nisi prius in Grammati-
calibus competenter instructus per tres annos vel eorum cu-
iuslibet maiorem partem de alijs artibus. Primo de Logica ve-
teri atque noua. Secundo de Logica & Philosophia naturali
in simul. Et tertio annis de Philosophia naturali & morali si-
mul audierit. ac tres de Logicalibus. quatuor verò de philo-
sophia naturali: & tres de morali lectiones in diebus totidē
in scholis publicis artium earundem legerit: ac in receptio-
ne huiusmodi gradus de certa quæstione arguere volenti-
bus responderit: Et in super ad examen priuatum pro licen-
tia in eisdem artibus ad magisterij gradum obtinenda nul-
lus assumi valeat: nisi de Logica vno, & alio de philosophia
naturali: ac tertio de morali annis vel per maiorem partem
anni cuiuslibet legerit: ac repetitionem respondendo argue-
re volentibus fecerit de eisdem. In medicinali autem scienti-
a nullus ad bachalariatus gradum ascendat: nisi postquam
bachalarius in eisdem artibus fuerit: Et per quatuor annos
vel maiorem cuiuslibet partem anni de Medicina audierit:
ac decem lectiones publicè legerit de eadem. Et nihilomi-
nus in receptione gradus huiusmodi vt supradictum est de
bachalario in artibus de certa quæstione publicè responde-
rit. Ad examen etiam priuatum pro licentia obtinenda ad
magisterij gradum in medicina nullus bachalarius admitta-
tur: nisi per quatuor annos vel maiorem partem cuiuslibet
anni de prædicta facultate legerit: & per quatuor menses cu-
iuslibet anni practicauerit de eadem: fidemq; fecerit de præ-
missis. Vbi verò bachalarius examinandus ad magisterij gra-
dum in Medicina magister in artibus fuerit tres sibi sufficiat
anni

E
Quat
magistri
et patri-
mus debent
interesse
examinima
gistorū in
artibus vel
medicina
et deficien-
tibus illis li-
centiati.

anni vt dictum est computati pro examine subeundo. Sta-
tuimus etiam, quod in examinibus magistrandorum in Ar-
tibus & Medicina magistri in ipsīs facultatibus saltem qua-
tuor si sint in studio præsentēs præter illum qui magistran-
dis eisdem insignia magisterij huiusmodi conferre debet
inter sint. Quod si prædicti quatuor magistri, vel tres seu etiā
duo haberi nequuerint in eodem studio, vel infra dictam lo-
co deficientium surrogentur licenciati. Et si etiam licenciati
non reperiantur ibidem duo sufficiant bachalarij pro vno
magistro in examinatione prædicta.

Constitutio. XV II. De modo creandi Bachalarios.

Item statuimus & ordinamus, quod cuiuslibet studentī gra-
dum bachalariatus in quacunq; facultate recipere vo-
lenti liceat pro suo libito voluntatis eligere doctorem vel
magistrum de vniuersitate prædicta, vt dictum gradum sibi
conferat. Idemq; studens Rectori fidem faciat quod in
audiendo & legendo supradicta obseruauit statuta. de qua
quidem obseruatione Rector, doctori, vel magistro prædi-
ctis fidem faciat per Bedellum. Quo peracto idem doctor
vel magister diem legibilem non feriatam studentī præ-
fato ad receptionem dicti gradus assignet: qua aduenien-
te publicè per scholas omnes Bedellus annunciet, quod ta-
lis studens debet prædictum gradum assumere. Et exinde ba-
chalaris accedens prope cathedram arengando gra-
dum postulet: quem doctor vel magister sine arengæ so-
lennitate eidem concedens descendat de cathedra: & ba-
chalaris prælibatus cathedram ascendat eandem: & sub-
sidio altissimi inuocato si voluerit arengando vel lectionem
breuissimam suæ facultatis legendo, vel vtrunq; exercen-
do actū suum cōpleat: quibus peractis gratiarū actiones refe-
rat. In cuius gradus receptione possit bachalarius præfatus
in amicorum conuiuio quinque florenos de Aragonia dun-
taxat expēdere & non vltra: nisi de rectoris licentia, qui qua-
litate personæ, & alijs circunstantijs cōsideratis vsq; in flore-
norum quindecim summā cū visum fuerit expedire, valeat

Bachalari-
us potest
eligere pro
libito docto-
rem vel
magistrum
quo susci-
piat gradū.
Bachalari-
us fidē fa-
ciat recto-
ri de sus-
cursib; et
rector do-
ctori, vel
magistro
idque per
bedellum.
Bachalari-
us do doctor
vel magi-
ster assign-
et diē sus-
cipiēdi gra-
dum non fe-
riatum.
Bachalari-
us arengan-
do petat
gradum.
Magister si-
ne arenga
donet gra-
dum.
Graduatus
ascendat ca-
thedrā, et
agat gra-
tias.

Nullus ba-
chalaris
expedit in
conuiuio
amicorum,
vltraquin-
que flore-
nos nisi ex
licentia re-
ctoris.

Bachalaris
soluat
vna dupla
Castellana
arca, & sin-
gulos flore-
nos bedellis
etiā si ali-
bi gradum
susceperit.
Studentes
clerici etiā
beneficiati
si nō sint re-
ligiosi aut
sacerdotes
posūt tri-
bus annis le-
gibus va-
care.

Bachala-
rius potest
facere cur-
sus suos le-
gendo do-
mi sue.

dispensare: super quo ipsius Rectoris conscientiam onera-
mus. Volentes etiam & statuentes, quod bachalaris qui
in quacunque facultate gradum huiusmodi recipere debeat,
vnam duplam Castellana pro studio Rectori eiusdem: & vnū
notario: ac alium florenos bedellis tradere teneatur. Quos
quidem florenos per eos qui in huiusmodi vniuersitate stu-
dierint, & ob cursuum defectum seu alias propter nostras
constitutiones in alio studio graduati fuerint: si ad huiusmo-
di redierint studium antequam ad actum aliquem admittan-
tur eidem notario & bedellis solui volumus & ordinamus.
Et insuper pro incremento dictae vniuersitatis ipsum prae-
rogatiua speciali in hac parte prosequentes volumus, ac eidem
Apostolica auctoritate concedimus: quod studentes quae-
cunque beneficia obtinentes dummodo religiosi seu in pres-
byteratus ordine constituti non fuerint postquam in iure ca-
nonico gradum bachalariatus in ipsa vniuersitate recepe-
rint: per triennium de legibus valeant audire, constitutioni-
bus, prohibitionibus, & inhibitionibus apostolicis, ac alijs
contrarijs non obstantibus quibuscunque. Quodque bacha-
larius qui in quacunque facultate cursus suos legendo face-
re voluerit: si scholas publicas aut priuatas ad legendum in
studio habere nequiverit: in domo habitationis suae vel alibi
in praesentia scholarum aliquorum legere valeat publicè non
tamen hora primae vel vespereorum. Volumus tamen, quod
dicti bachalaris lectura cum sic extra scholas legerit, per be-
dellum in scholis annuatim publicè nunciatur.

Constitutio. XVIII. De modo creandi licentiatos in vtroque iure.

Licentiandus
in iure te-
netur quin-
quennio le-
gere & re-
petitionem
facere.

Licentiandus
presentari
debet scho-
lastico per
antiquiore
doctorem.

Item statuimus & ordinamus, quod nullus bachalaris in
iure canonico vel ciuili ad examen priuatum pro licentia
ad gradum doctoratus obtinenda admittatur: nisi per annos
quinque vel maiorem partem cuiuslibet anni legerit, &
vnum actum publicum repetendo, aut disputando & ar-
guentibus respondendo fecerit. Quodque dictus bachalaris
ad huiusmodi examen per doctorem antiquiorem facultatis
eiusdem de vniuersitatis gremio & doctorum collegio in studio
residente ad hoc alias non prohibitu praesentetur scholastico
ecclesie

ecclesiae Salamanti. Cui de tempore suae lectionis fidem fa-
cere teneatur. Et si scholasticus praedictus bachalarium pre-
factum reperiat cursus suos omnes & singulos perfecisse: re-
cepto prius ab eodem bachalario iuramento de veritate di-
ceda: ipsum secretè interroget, Vtrum aliquid dederit vel pro-
miserit ratione vel ex causa licentiae obtinenda ultra id quod
inferius est expressum. Et si respondeat quod non, iniungat
ei sub debito praestiti iuramenti, & excommunicationis pena,
quam si contrarium fecerit eum incurrere volumus ipso fa-
cto: quod nihil promittet, aut dabit causa licentiae obtinen-
dae: quo casu idem scholasticus assignet eadem bachalario
locum pariter atque diem: quibus coram & doctoribus de
vita & moribus fidem faciat. Et quod sit legitimus vel alias le-
gitimatus. Et si super his omnibus idoneus sit repertus: diem
& locum ad recipiendum puncta sibi assignet: super quibus
debet subire examen. qua adueniente missa Sancti Spiritus
coram bachalario, & alijs interesse volentibus in cathedrali
ecclesia celebrata: idem scholasticus in medio doctorum sedes
in loco per ipsum in praelibata ecclesia deputato: per manus
bedelli libros tenentis iuris canonici vel ciuilis secundum fa-
cultatem in qua bachalaris examinandus fuerit: vnum vni-
& alium libros alteri ex doctoribus assistentibus dari faciat:
quorum quilibet ter tantum si voluerit librum aperiet: ac in al-
tera apertionis vice ibidem: bachalario titulum seu materiam
sibi eligenti capitulum vel legem pro examine subeundo as-
signet. Sequenti vero die post meridiem: hora dicto bachala-
rio per scholasticum assignata ante vespereos: veniat bachala-
rius ipse paratus examē subire ad vnam capellam ecclesiae
cathedralis, vel ad locum alium ad hoc aptum per scholasti-
cum ex causa deputandum, vbi doctores praedicti omni pror-
sus non legitima excusatione cessante conueniant vocati si
praesentes in ciuitate fuerint per vnū ex bedellis ipsius studij
iuratis cuius stabitur relationi si autē absentes fuerint infra
diectam per examinandi nuncium specialem. Quibus non ve-
nientibus vel aliquo ipsorum: reliqui venientes dummo-
do tres vltra praesentante existant expediat, & perficiat quod

C
Scholasti-
cus exacto
iuramento
caucat ne li-
centiandus
donis cor-
rumpat exa-
minatores.

D
Licentiandus
sit legiti-
mus, &
audita mis-
sa assignen-
tur ei pun-
cta.

E
Licentiandus
rum examē
debet fieri
in loco ab
scholastico
deputato.

F
Tres docto-
res ad mi-
nus interes-
se: debent
examinari
licentiandi
iure praeter
praesentan-
tem.

incumbit. Et tunc examinandus bachalarius si sibi placuerit ut est moris: aliquam arengam sub compendio faciat: & protestationem in actibus talibus fieri consuetam, & suam lectionem incipiat ultra horam vnam vel duas minime duraturam, ut ordine & modo consuetis procedatur postea ad examen.

*Suffragan
di aerefragan-
di mo-
di.*

Quibus omnibus & singulis executioni mandatis: bachalarius examinatus ad domum redeat. Demum scholasticus recepto prius a quolibet doctorum ibidem presentium iuramento: quod secundum Deum & conscientiam suam bonam super approbatione vel reprobatione examinati bachalarij veritatem deponent scrutinium faciet: & doctorum vota in birreto vel sub capucio per schedulas recipiat clausas in quibus doctores literam ponant. A. si intendant bachalarij approbare. Si autem reprobari debeat literam ponant. R. Et mox scholastico, & doctoribus predictis presentibus schedulae aperiantur predictae: & coram notario publicentur. Quibus omnibus sic peractis: die sequenti bachalarius examinatus de mane ad domum scholastici pro responsione habenda accedat: Cui scholasticus licentiam vel deneget vel concedat prout iuxta doctorum consilium fuerit facien-

*H
Scholasti-
co maligne
cessante: ius
promouen-
di deseruen-
dum ad ar-
chiepisco-
pum Com-
postellanum,
vel ad epis-
copum Sa-
lamanti.*

dum. Si autem scholasticus predictus neglexerit vel malitiose distulerit bachalarium dignum ad examen admittere, vel ei responsionem super eius approbatione vel reprobatione dare: ipsius ea vice potestatem ad Compostellan. archiepiscopum praefatum si praesens in dioece. Salamanti. fuerit. Alias ad venerabilem fratrem nostrum episcopum Salamanti. pro tempore existentem: & eo absente ad eius vicarium seu vicarios generales volumus deuolui ac pertinere. Vbi autem praefatus bachalarius examinandus interrogatus a scholastico sub iuramento responderit se aliquid dedisse vel promisisse ratione vel ex causa licentiae obtinendae seu alias constare poterit: quoquo modo scholasticus ipsum repellat penitus ut indignum ab examine praefato: & per duos annos ab ingressu examinis & licentia obtinenda sit suspensus. Nec quousque rectori tantum quantum confessus vel conuictus fuerit se promisisse vel dedisse pro dicto examine in vniuersitatis vrbibus

*I
Poena licen-
tiam am-
bientis gra-
dum pecu-
nias & do-
ctoris eas
recipietis.*

conuer-

conuertendum soluerit: ad dictum examen aliquatenus admittatur. Recipientes etiam duplum eius quod receperint: infra mensem restituant: Alias ipsos sententiam excommunicationis incurrere volumus ipso facto: a qua nequeat absolui: nisi triplum eius quod receperint dicto rectori restituat: similiter in vniuersitatis vrbibus conuertendum. Scholasticum vero qui talem ante lapsum duorum annorum vel post dicta pecunia non soluta ad examen receperit: excommunicationis sententiam etiam incurrere volumus ipso facto. Et insuper cum circa nobiles & sufficientes personas liceat sedem apostolicam suae liberalitatis dexteram aliquam aperiire: volumus & dicto scholastico concedimus, quod si bachalarius examinandus per quatuor annos vel maiorem partem cuiuslibet eorum publice legerit: & de sufficientia sua constiterit: de consensu doctorum collegij, ut supra cauetur, per bedellum vel nuncium examinandi vocandorum vel medietatis eorum ut ad praedictum examen admittatur dispensare possit. Et si praedictus examinandus bachalarius nobilis in dignitate constitutus, & re ditibus abundans fuerit: & per tres annos vel maiorem partem cuiuslibet anni legerit: ac de sufficientia & moribus ipsius constiterit: possit etiam idem scholasticus cum tali ut examen praedictum admittatur dispensare, & circa eos quibus dispensationis gratia suffragabitur: & illum qui ratione dati vel promissi a licentia obtinenda suspensus extiterit ut praefertur cum admissi ad dictum examen fuerint omnia & singula in bachalario qui suos cursus perfecit statuta, & ordinata volumus obseruari. Statuimus etiam & ordinamus quod bachalarius in quacunque facultate antequam intret examen penes rectorem duas pro studio & alias duas penes scholasticum pro eodem, duas alias pro quolibet doctore qui dicto examini interfuerit duplas, nec non unum pro rectore, duos pro scholastico, totidem pro doctore presentante, & unum cereos quorum quilibet sit ponderis sex librarum pro quolibet doctore interessenti examini prelibato deponat, quos & dictas duplas scholasticus ipse facto examine personis tradere superius ordinatis teneatur. Idemque bachalarius

*K
Bachalari-
post qua-
tuor cur-
sus ex suf-
ficientia po-
test ad licen-
tiam admit-
ti.*

*L
Nobilis
post tres
cursus po-
test ad licen-
tiam admitti.*

*M
Que sunt
reddenda
scholastico
& doctori-
bus a licen-
tiam.*

B 5 larius

N larius examinandus duos notario: ac totidem bedellis florenos soluat. Omnia & singula in hac nostra cōstitutione contenta quę per bachalarium examinandum scholasticum ac doctores pro examine in iure canonico vel ciuili sunt ordinata: fieri debere in examine cuiuscunq; alterius facultatis per magistros eiusdē ipsum examinandū & scholasticū: pręter quam de differentia cursuum: ac dispensationis gratia volumus obseruari etiam in solutione iurium pari modo.

Constitutio. XIX. De admittendis cursibus aliarum vniuersitatum, et de sufficientia in artibus, et de cursibus religiosorum.

Item statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli studentes bachalariandi & bachalarij licentiandi in quacunque facultate quę in Vallisoleti aut alio generali studio suos cursus audiendo vel legendo iuxta formam & tenorem harum nostrarum constitutionum compleuerint: dummodo aliās idonei sint & licentiandi huiusmodi vnam repetitionē publicē in vniuersitate prędicta fecerint: gradus huiusmodi bachalariatus & licentię ipsarum nostrarum constitutionū seruato tenore: libere recipere & ad illos admitti valeant: perinde ac si in huiusmodi studio cursus suos audiendo & legendo peregerint. Ad gradum autem bachalariatus in artibus quicumque qui repertus fuerit sufficiens vbicumque studuerit libere. Ad examen vero priuatum in eisdem religiosi mendicantes dummodo secundum statuta suorum ordinū duobus de Grammatica: de logica totidē: ac de philosophia alijs duobus annis: necnon post receptionem gradus bachalariatus in huiusmodi studio de philosophia morali vno anno vel maiori parte eiusdem legerint admittantur.

Constitutio. XX. De his quę soluere tenentur magistrandus in iure.

Item statuimus & ordinamus, quod licenciatus in iure canonico vel ciuili, aut in theologia seu medicina cum recipere voluerit doctoratus vel magisterij insignia: det pro vestibus scholastico Salmantino quinquaginta: & doctori vel magistro à quo insignia huiusmodi recipere habuerit alios

alios quinquaginta florenos prędictis similes, ac rectori pro arca studij duas & licenciatus in altero iurium cuilibet doctori, iuristę in theologia vero, medicina vel artibus cuilibet magistro facultatis suę de vniuersitate & collegio qui huiusmodi interfuerit actui: alias dūtaxat duas duplas quas penes scholasticū antedictū prędictis tradendas doctoribus & magistris deponat: Ac notario centum & bedellis totidem regaliam pro suis salarijs soluat, vltra quę chirothecas & birretas dabit rectori & omnibus doctoribus & magistris. Magisterij vero insignia cum recipere habuerit licenciatus in artibus quindecim scholastico supra dicto: & magistro à quo ea recipere debuerit alios quindecim florenos: ac etiam duas rectori pro studio: & alias duas notario studij, singulas autē duplas bedellis det & soluat. Pręmissa autem iura per licentiatum insignia doctoratus vel magisterij recipere ac doctorum vel magistrum alterius studij collegio doctorū vel magistrorum ipsius studij aggregari volētes persolui volumus & iubemus: ac si in eodem studio gradus huiusmodi recepissent. Si quis autem prędictorum aliquid vltra dederit vel promiserit in doctoratu suo seu magisterio aut ante vel post causa prędictorum graduum cōsequendorum: nisi aliquid esculentum vel poculentum dari in similibus actibus consuetum: aut aliud tam parui & modici valoris quod verisimiliter animum recipientis non possit commouere: aliud tantundem & qui ceperit etiam nolente dare id quod receperit & aliud tantundem rectori pro dicta vniuersitate infra mēsem soluere & restituere teneatur. Alioquin ipsos & eorum quemlibet sententiam excommunicationis incurrere volumus ipso facto: omni remissione rectori ac eidem vniuersitati penitus interdita.

Constitutio. XXI. De armis non portandis et de concubinis exterminandis.

Item statuēdo prohibemus, vt nullus de vniuersitatis gregationibus & claustro. Contrarium vero facientes ipso facto

B
Centum regaliam nota
ijs totidē
quę bedel-
lis tribuen-
da.

C
Magistrā-
dus in arti-
bus quę sol-
uere teneat-
tur.

D
Tantundē
soluere te-
nentur do-
ctores &
magistri al-
terius stu-
dij qui in-
corporan-
tur.

E
Pœna in
eos qui am-
biunt magi-
steriū aut
doctoratū
pecunijs.

A
Intra scho-
las portatis
arma si ea
non dederit
rectori ex-
communi-
catur.

**In alijs lice-
tijs eadē se-
re seruāda
sunt quę
in canoni-
cis.**

**Cursus fa-
cti in alijs
vniuersita-
tibus admit-
tendi sunt.**

**Ad sufficiē-
tiā in arti-
bus potest
fieri bacha-
larius.**

**Religioso-
rū cursus.**

**Quot flore-
ni soluendi
sunt schola-
stico, etc.**

facto ea perdant: & rectori in vtilitatem ipsius cedat. Et si cū detulerint requisiti ad rectoris mandatū nō restituerint seu tradiderint sine difficultate aliqua p̄dicto rectori: eos sentētię ex cōmunicationis subiacerē volumus, à qua nequeāt absolui: donec delata arma p̄fato rectori tradiderint. Itē statuēdo etiā prohibemus, ne aliquis doctorū, magistrorū, licētiatorum, bachaliorum studentium in quacunque facultate seu officialium ab vniuersitate p̄dicta officium obtinentium p̄sumat concubinam aliquam in domo propria vel aliena in ciuitate Salmantiñ. vel infra dictam ab eadem publicē tenere. Contrarium autem faciētes si doctor vel magister ad nullos doctorales seu magistrales actus quandiu eam tenuerit: & donec omni fraude cessante eam veraciter dimiserit admittatur. Et si licentiatus à receptione insigniū doctoratus seu magisterij per duos annos à tempore dimissionis computandos suspensus existat. Si autem bachalarius ab ingressu priuati examinis & à licentia obtinenda quādiu illā tenuerit alienus: & postquā eā vt supra dimiserit per duos annos ab eisdem suspensus etiam existat: & lecturę tēpus quo ipsam tenuerit inter cursus eidem nullatenus computetur. Vbi autem studēs fuerit tempus per quod illam tenuerit pro cursu ad gradum bachalariatus eidē nullatenus cōputetur. Et postquā talem dimiserit à perceptione gradus p̄fati per annum sit suspēsus. Et nihilominus vltra pœnas huiusmodi si quis doctorū, magistrorum, licētiatorum, bachaliorum, & studentium p̄dictorum cathedram salariatam obtineat: cathedram ipsam cū illius anni salario amit tat. Officialis verò p̄dictus officium & illius anni stipēdia perdat. Qui libet autem studentium & bachaliorum non cursantium ad gradus recipiendos: ac licentiatorū non intendentium recipere insignia doctoratus vel magisterij: pœnam duorum florenorum hospitali ipsius studij applicādo- rum pro quolibet mēse quo illam tenuerit rectori sine qua- uis remissione soluere teneatur. Rectorem verò scholasticū doctorem, magistrum & administratorem vniuersitatis p̄fate qui aliquem contra huiusmodi statuta ad p̄dictos gra-
 dus

B
 Nullus ha-
 beat concu-
 binam sub
 pœnis sub-
 iectis quas
 perlegito.

C
 Pœna con-
 tra rectorē
 et schola-
 sticum qui
 permitit
 cōcubinas.

us seu lecturas scienter admiserit, receperit, approbauerit ac pensionem soluerit: sententiam excommunicationis incurrere volumus ipso facto: à qua absolui nequeant, donec eorum quilibet decem duplas castellanas vniuersitati ipsi numerando persoluerit realiter & cum effectu. Et vltra huiusmodi excommunicationis & decem duplarū pœnas administrator contra prohibitionem p̄sentem stipendiatas soluendo veniens: tantum de proprijs bonis eidem vniuersitati soluat, quantum cōcubinarijs huiusmodi de salario tradiderit: nulla sibi aut alicui ex p̄dictis remissione aliquatenus profutura. Et insuper in hibemus vniuersis & singulis doctoribus magistris licentiatis bachalarijs & studentibus ac officialibus non coniugatis, ne ipsi vel eorū aliqui in domibus habitationum suarū mulieres aliquas in ancillas seu seruitrices vitæ inhonestę manifestē, & vehementer suspectas tenere audeant seu p̄sumant. Si qui autem contrariū fecerint & moniti per scholasticum infra monitionis terminum non dimiserint: aut causam rationabilem non allegauerint, excommunicationis sententiam incurrant: ad cuius executionem idem scholasticus contra eosdem prout iuris fuerit procedat.

Constitutio. XXII. De dignitate scholastici.

I Tem statuimus & ordinamus quod ad p̄dictum scholasticum pertineat audire, examinare, decidere, & determinare omnes & singulas causas ciuiles & criminales doctorū & magistrorum, licentiatorum, bachaliorum & studentium in quacunq; facultate, officialiumq; omnium vniuersitatis ac familiarium continuorum commensalium omniū & singulorum p̄dictorum inter ipsos vel eorū quoslibet: vel alijs contra p̄dictos vel eorum quemlibet motas & pēdentes: siue quas moueri & oriri contingeret quomodolibet in futurum. P̄terquā super cathedris lecturis legentiumq; salarijs de quibus supra disposuimus. Quodq; etiam dictus scholasticus possit auctoritate apostolica censura quoq; ec-
 cleastica, & alijs iuris remedijs conseruatores studij p̄l-
 iati

D
 Nullus scho-
 laris ha-
 beat in do-
 mo sua mu-
 lierem sus-
 spectam.

A
 Scholastici
 iurisdictio.

B
 Scholasti-
 cus potest
 compellere
 conserua-
 tores.

C
Ad scholasticum pertinet admittere bachelarios ad licentias.

bati per regem datos compellere ad exequendum & exercendum ea que ad officiorum eorum pertinuerint. Et insuper ad scholasticum ipsum bachelarios ad examen priuatum: & licenciatos ad insignia doctoratus & magisterij in quacunque facultate admittere, repellere seu approbare, ac eis licentiam dare seu etiam denegare pertineat, prout ex consuetudine hactenus a longissimis temporibus inuolabiliter ac inconcussè obseruata & Romanorum pontificum predecessorum nostrorum approbata reperimus obseruatam apostolica auctoritate pro incremento dictæ vniuersitatis concedentes: quod in predictis omnibus & singulis prefatus scholasticus per se vel alium procedere valeat simpliciter & de plano ac sine strepitu & figura iudicij. Per premissa tamè iurisdictioni episcopi Salmantiensis quantum ad sibi subditos clericos sue ciuitatis & diocese. in aliquo nolumus derogari, quin habeant eorum coram eo prout coram prefato scholastico conueniri. Quodq; idem scholasticus in vniuersitatis congregationibus vel rectoris in quibus ipsum contigerit interesse post rectorem primum teneat locum. Tempore verò quo scholasticus licentiam bachelarij dabit aut concedet eisdem: quod recipere valeant insignia doctoratus seu examinandorum publicis repetitionibus interfuerit: vel aliàs suum in vniuersitatis actibus exercebit officium: rectorem & quoscunque alios preter episcopos & eorum superiores antecedit.

Constitutio. XXXIII. De pœna imponenda aduersanti vniuersitati et conuentioni scholarium et officialium coram scholastico.

A
Nullus de gremio vniuersitatis aduersetur ipsi sub pœna quinquaginta florenorum.

Item statuimus prohibentes, quod nullus de vniuersitatis gremio dare alicui consilium vel fauorem aut auxilium presumat contra vniuersitatem prefatam aut bonum eius statum. Qui autem contrarium fecerit, prater pœnam per iurij quam ob id incurrit: Rectori quinquaginta florenos ipsius vniuersitatis vsibus applicandos: eo ipso irremissibiliter soluere teneatur. Statuentes insuper & in vniuersitatis fauorem concedentes: quod nullus de vniuersitatis gremio doctor,

B
Nullus de gremio vniuersitatis possit conueniri nisi coram scholastico.

doctor, magister, licentiatus, bachelarius aut scholaris seu eorum familiares, vel officiales vniuersitatis ab ipsa dati, vel dadi, aut ipsorum familiares continui comensales per quosuis delegatos subdelegatos aut alios iudices etiam ordinarios etiam ratione summisionis delicti vel rei, de qua agetur ad alicuius de dicto gremio, seu cuiusuis alterius instantiam, seu etiam ex officio coram ipsis seu alio quocunque iudice ecclesiastico vel seculari quam coram Salmantini scholastico vel eius vicario ciuilitè, vel criminaliter conuinctim vel diuisim conueniri seu trahi quoquo modo possint nisi per aliqua iuris remedia ad superiorem causam deuolui contingat: preterquam clerici ciuitatis & diocese Salmantiensis qui etiam coram suis iudicibus trahi valeant & conueniri: prout supra dictum est. Si quis autem presentis constitutionis, & ordinationis violator extiterit ipsum pœnas statutas in capitulo si diligenti de foro competenti. & viginti florenorum hospitali studij applicandorum etiam si iudex fuerit incurrere volumus ipso facto. Et si requisitus per rectorem vel alium loco eius infra quindecim dierum spatium soluere maliciose aut negligenter distulerit: ipso facto eum excommunicationis vinculo innodamus. A quo taliter innodatus absoluti non possit: donec predictam pœnam soluerit: vel infra breue tempus a rectore prefato considerato delinquente prefigendum cautionem de soluendo presterit sufficientem. Item quia sepe contingit rectorem & administratorem, ac ipsorum, & alterius eorum loca tenentis a studio de receptis & administratis per eos non reddita ratione nec memoratis lectoribus & officialibus, ac vniuersitati satisfacere vt tenentur absentari: ex quo damna & inconuenientia quamplurima hactenus prouenerunt: & prouenire in futurum verisimiliter presumuntur. Statuimus & ordinamus ipsiq; vniuersitati lectoribus, & officialibus, ac alijs quorum intererit concedentes: quod vniuersitatis & alij predicti & eorum quilibet coram scholastico rectorem & administratorem seu ipsorum loca tenentes predictos conuinctim, vel diuisim possint liberè conuenire: ipseq; scholasticus ipsos etiam conuinctim vel diuisim

C
Pœna vsurpantis iurisdictionem in scholasticis.

D
Rector & ministratores etiam absentes conueniri debent coram scholastico ut cogantur reddere rationem.

Scholastici
volo dolo
deciscentes
agremio
vniuersita-
tis. compelli
possunt ab
scholasti-
co.

sum pro reddendis rationibus super premissis vbiunque & quocunque absentes fuerint ad comparandum coram eo per censuram Ecclesiasticam possit compellere: qui partibus hinc inde iustitiam ministrare teneatur. Verumetiam quia studentes quandoque delinquant vel quasi: & quandoque contrahunt vel quasi in dicta ciuitate, & non facta emenda seu satisfactione a dicto studio se absentant: vel foro ipsius studij renunciant fraudulenter: ex quo solent plurima damna obueneri & facinora perpetrari. Statuimus & ordinamus, quod delinquentes & contrahentes huiusmodi cuiuscunque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, possint coram eodem scholastico cuius iurisdictioni omnes prelibatos & quolibet studentes: salua iurisdictione ordinata superius rectori: subiectos esse decernimus ratione predictorum delictorum vel contractuum huiusmodi conueniri: idemque scholasticus per censuram ecclesiasticam & per quecunq; alia iuris remedia contra eos procedere valeat, & etiam debeat per illos quorum intererit requisitus vbiunque; & quomodocunque absentes existant.

Constitutio. XXXIII. Super pretiosis vestibus, et iumentis.

Nemo preter nobiles aut in dignitate constitutos induantur vestes sericeas aut pretiosas pellibus ornatas.

Nec bachelarij, nec alij scholastici audeant possidere iumenta.

Item statuendo inhibemus vniuersis & singulis licentiatis, bachalarijs, & studentibus in quacunque insudantibus facultate: ne ipsi vel eorum aliqui preter regum, ducum, & comitum filios vel nepotes, germanos, ac alios nobiles, vel de genere & domo nobilium in dignitatibus constitutos vestes superiores apparentes foderatas de serico vel pretiosis pellibus publice deferre presumant. Quodque iidem bachelarij & studentes preterquam nobiles vel in dignitatibus constituti, nec non legentes salariati, & officiales ipsius studij sine speciali rectoris, & doctoris vel magistri antiquioris atque illius in cuius auditorio legunt vel audiunt licentia quorum qualitate persone, & alijs circumstantijs inspectis conscientias oneramus, transactis tribus mensibus postquam scholas intrauerint equitaturas in propria vel aliena domibus

tenere

Penam contra pretiosas indetes et contra tenentes equos aut mulas.

tenere non audeant. Contrarium vero facientes decem florenorum poenam vniuersitati applicandam annuatim incurrere volumus ipso facto. Quam ante studij finem requisiti per syndicum in quolibet dictorum casuum soluere teneantur. Alioquin illius anni cursus, nec in audiendo nec in legendo eisdem aliquatenus admittantur. Quod si cursum non fecerint: poenam supradictam per scholasticum ad requisitionem syndici soluere vijs & modis omnibus compellatur.

Constitutio. XXV. De domibus conducendis.

Item statuimus & ordinamus similiter inhibentes: quod nullus de audientibus vel legentibus in studio, aliquo modo recipiat domum conductam: nec locator sibi eam locet sub conventionem certę pensionis vel pacto iuramento seu promissione de conueniendo vel domum dimittendo: sed simpliciter ad taxam. Contrarium autem facientes ipso facto sententiam excommunicationis incurrere volumus. Postquam tamen pacifice domos sic ad taxam receptas habitauerint, in optione recipientium sit taxationi stare, vel de pensione cum locatore conuenire. Ad quam taxationem faciendam duo honesti & discreti viri de vniuersitate saltem in viginti quinque annorum etate constituti vna cum duobus per capitulum Salamantiensem ecclesie & ciuitatem eligendis per Rectorem & consiliarios deputentur: qui prout equum eis secundum conscientiam visum fuerit atque iustum edificijs situ quantitibus & qualitatibus, ac alijs circumstantijs vniuersis diligenter inspectis: hospitia seu domos omnes & singula in quibus Rector, doctores, magistri, licentiarij, bachalarij, & alij studentes, & officiales habitabunt: prestito prius per ipsos taxatores in manibus scholastici ad sancta Dei euangelia iuramento: quod bene fideliter & iuste postpositis gratia, odio, prece, pretio, vel fauore fraude cessante taxet. Volumus etiam quod si aliquis vel aliqui taxatorum neglexerint, vel recusauerint, vocatus, vel vocati venire, vel cum alijs concordare: potestas eorum ad alios deuoluatur. Quodque etiam super hospitij conductis, & in posterum conducendis taxa-

Nemo conducat domum nisi iuxta taxationem.

Taxatores quatuor duo studentes & vniuersitatis ecclesiasticus & alter orbatus.

Taxatores prestent iuramenta de fideliter taxando.

maiori parti taxatorum stare

C tioni

tioni stetur omnium prædictorum, vel maioris partis eorū.
 quòd si per æquales partes discordes fuerint vel diuisi: pro
 vno anno adiungatur eis prior prædicatorum. & alio anno
 guardianus minorum: vt hoc moderamine adhibito, maio-
 ris partis taxatio obseruetur. Et si fortè aliquis de vniuersita-
 te prædicta cum domino domus vel locatore eiusdem de pē-
 sione certa conuenerit: volumus & ordinamus, quòd con-
 uentione huiusmodi non obstante in ipsius sit inquilini, seu
 conductoris arbitrio, seu volumus taxationi stare vel conuē-
 tioni, ante vel post taxationem factæ vel faciendæ: iuramen-
 tis, promissionibus, obligationibus, pactis, conuentionibus,
 seu aliis viis & modis: etiam spiritualium, seu temporalium
 poenarum adiectionibus, aut alijs quantuncunq; obligato-
 rij, vel alijs vallandis firmitatibus, ac alijs contrariis non ob-
 stantibus quibuscunq; Quæ omnia & singula ex nunc cassa
 mus irritamus & viribus euacuamus: eaque nullius penitus
 decernimus existere roboris vel momenti. Et insuper si ali-
 qui prædictarum domorum vel hospitiorum domini, vel
 usufructuarij: seu eorum gestores aut locatores: sint benefi-
 ciati in cathedrali, vel in alijs ciuitatis & diocese. Salamanti-
 cen. Ecclesijs, siue alij quicunque fuerint prædicta hospitia,
 vel eorum aliquod iuxta sanctionem præsentem & taxato-
 rum prædictorum, vel maioris partis eorundem taxationem
 recusauerint locare: aut electionem præfactam, scilicet stan-
 di taxationi vel conuentioni iuxta conductorum arbi-
 trium tollere, turbare, aut modo aliquo publicè vel occul-
 tè impedire præsumpserint: aut ne studentibus locent eas
 finxerint in domo vel domibus ipsis inhabitare seu velle
 aut alijs quàm de vniuersitate locauerint: vel quocunque ti-
 tulo fraudulenter concesserint: seu eas dolosè inhabitatas
 dimiserint: eos tales omnes & singulos ipso facto excomuni-
 cationis sententia innodamus. à qua ipsi absolui nequeant:
 donec domos ipsas dimiserint inhabitandas per aliquem de
 vniuersitate secundum dispositionem rectoris & consiliario-
 rum vel maioris partis eorū: & donec electioni conductoris
 paruerint cum effectu: restituerintq; plenariè quicquid re-
 ceperint

di est, et
 in imparita
 tedatur co-
 adiutores
 prior præ-
 dicatorum,
 et guardia-
 nus mino-
 rum.

E
 Taxationi
 staturum est
 non obstante
 pacto, vel
 conuentione
 præcedenti.

F
 Impedientes
 scholasti-
 cos habitare
 domos
 iuxta taxa-
 tionem ex-
 communi-
 cantur.

ceperint vltra taxam. Ita tamen, quòd in locationibus ad vi-
 tam, vel ad longum tempus decem vel viginti annorum
 locum non habeant supradicta, omni tamè fraude cessan-
 te. Quòdq; taxatores ipsi, vel eorum aliquis nihil ab aliqua
 partium percipiant. Quòd si perceperint, eandem excom-
 municationis sententiam recipientem, vel recipientes in-
 currere volumus ipso facto. A qua etiam absolui nequeant:
 nisi illud quod receperint rectori restituerint cum alio tan-
 tundem in vniuersitatis vsibus conuertendum. Sed pro eo-
 rum laboribus omnes dicti taxatores viginti florenos ab ea-
 dem vniuersitate recipant annuatim: si ipsa hospitia & scho-
 las ad vsus studentium vniuersitatis prædictæ ante festum
 Resurrectionis dominicæ taxauerint etiam non requisiti.
 Et tales ad huiusmodi taxationis officium assumi volumus:
 de quibus verisimiliter præsumatur, quòd officium ipsum fide-
 liter & rationabiliter prout iustum & æquum fuerit exequetur.

*¶ Constitutio. XXVI. De retentione domus conductæ & cathe-
 drae acquisitæ, et de denunciatione cathedrae vacantis.*

I Tem statuimus & ordinamus, quòd postquam aliquis de
 vniuersitatis corpore scholas vel domos ad inhabitan-
 dum conduxerit: nulli alij studenti, vel non studenti de
 gremio, vel non de gremio quandiu studens ipse in studio
 permanferit, & in illis honestè conuersatus fuerit, ac eas-
 dem retinere voluerit: & dominum siue locatorem domus
 de in ea habitando vel procuratorem eiusdem perse, vel
 per alium ante festum sancti Michaelis mensis Septembris
 certificauerit: & de soluenda pensione sufficientem
 cautionem si ab ipso fuerit postulata præstiterit locentur,
 seu per aliquem alium vel alios conducantur. Contra ve-
 rò huiusmodi inhibitionem nostram venientes, cuius-
 cumque status, gradus, seu conditionis existant, ipso facto
 sententiæ excommunicationis vinculo innodamus. à
 qua absolui nequeant, nisi ab inquietatione prius cessa-
 uerint, & priores conductores domos pacificè inha-
 bitare permiserint, vel viginti florenorum poenam condu-

Locantes
 ad decennium
 non astringuntur
 taxationis lege.

H
 Taxatores
 nihil à loca-
 te, aut con-
 ducente re-
 cipiant, sed
 viginti flo-
 renis sint
 contenti.

A
 Nemo inuis-
 tus excludatur
 à domo
 quam semel
 conduxerit,
 nisi defectu
 cautionis,
 aut inter-
 cedente de-
 cennio.

ctori persoluerint: iuramentis, promissionibus, obligationibus, pactionibus, & conuentionibus, vt supra non obstantibus quibuscunq;. Hæc autem locum non habeant in locationibus ad vitam, vel ad longum tempus, puta decem vel viginti annorū sine fraude faciendis. Quodq; postquam aliquis cathedrā in studio prædicto in quacūq; obtinuerit facultate: nullatenus ab eadē cathedra amoueat, eiusdemq; lectura priuetur dummodo sufficiens fuerit: quanuis alius sufficientior reperiat. Excepto quod si bachalarius cathedram tenuerit: quam doctor, vel magister, vel licentiatus facultatis eiusdem, ac in eodem studio graduatus ab ipso petierit. quo casu nisi bachalarius infra annum à petitionis eiusdem tempore numerandum licentiæ gradum receperit: cathedram doctori, magistro, vel licentiato petenti dimittere teneatur. Dum modo talis doctor, magister, vel licentiatus sit utilis per seipsum, & sufficiens ad prædictam cathedram regendum. Item volumus ac ordinamus, quod Rector & consiliarij quā primum cathedram aliquam salariatā, ex quacunq; causa vacare præfererint: vel saltem post certam scientiā infra biduum edicta publica fieri faciant in scholis in quibus cathedra prædicta vacauerit affigenda. Quod si non fecerint, eo ipso prædictos Rectorem & consiliarios poenam viginti florenorū ad usum dictæ vniuersitatis applicandorum incurrere. Et nisi infra sex dies illam soluerint: eos excommunicationis sententiæ volumus subiaccere. In quibus contineatur edictis, quod volentes se opponere tali cathedre tunc vacanti, infra mensem continuum se opponant, & mense durante idem rector & consiliarij vacationem ipsam per bedellum diebus quibus legitur hora primæ in scholis denunciari faciant: saltem semel in qualibet septimana. Et infra octo dies à fine mensis eiusdem computandos huius nostre constitutionis in omnibus & singulis seruata forma eidem cathedre vacanti delectore idoneo & sufficienti provideant, omni fraude cessante. Ita tamen, quod si sic non prouiderint: scholasticus eos ad id per Ecclesiasticam censuram autoritate prædicta compellat. Et idem super alijs officijs per eos in dicto

B
Nemo excludat à cathedra semel obtenta quanuis alius reperiatur doctior

C
Bachalarius tenetur reddere cathedram magistro vel licentiato si intra annum à petitione non susceperit gradū. vide in Eugeniā, & aduerter.

D
Cathedra vacare tenet rector intra biduum à vacatione per edictum affigendum in scholis illius cathedre.

E
Poena rectoris & consiliariorum nō denuntiantū cathedra vacare.

F
Vacatio cathedre debet durare per mensem, quæ debet denūtiari per bedellū saltē semel per singulas hebdomadas.

cto studio conferendis obseruetur. Hoc adiecto, quod prædicta non frant in dicto studio lectura vacare: Si vero rector vel de consiliarijs aliquis ad talem cathedram vacantem vel aliud officiū se opposuerit: officiū suum vacare decernimus ipso facto: ac alius lococius etiā si non sequatur effectus iuxta presentium constitutionum formam religatur ad illud. Statuentes, quod si in petitione alicuius cathedre vel auditorij sic vacantis plures doctores vel magistri de vniuersitatis gremio in dicto studio graduati concurrent: ceteris paribus in gradu antiquior præferatur: nisi sufficientia iunioris pro vtilitate studentū vel audientū secundū vota eorū vel maioris partis ipsorum super hoc iuratorum in ea facultate cuius cathedra vacauerit sunt & nominatim principaliter studentes aut continuē audientes sit merito præferendus. Super quo rectoris & consiliariorum vel maioris partis consilio arbitrio iuxta vota prædicta regulando stari volumus. Hoc idem in plurium licentiariorum vel bachalariorum concursu obseruari iubetes. Si autē cōpetitores diuersorū graduum fuerint, videlicet doctor vel magister & licentiatus: aut licentiatus & bachalarius qui dūtaxat secundū hanc nostram constitutionem tenorem ad examen habilis existat superior in gradu regulariter præferatur: nisi ob sufficientiam inferior ipse in gradu pro vtilitate studentū secundū rectoris & consiliariorum vel maioris partis eorum arbitriū iuxta vota ipsorum studentium vel maioris partis eorundem regulandum videatur merito præferendus. Quo casu licentiatus antequam lecturam incipiat, doctoratus vel magisterij gradum infra tempus per rectorem & consiliarios quod ultra sex menses à die concessionis cathedre computandum non pretendatur præfigendum recipere. Et bachalarius ipse infra tres menses examen subire & licentiā adipisci teneantur. Alioquin nullatenus admittantur: sed cathedre ipse alijs conferantur. Prohibemus insuper, quod bachalarius cum doctore vel magistro nullatenus admittatur: nisi euidenter & notoriè constaret pro vtilitate studentū & studentium ipsum fore merito admittendum: & in

G
Prouideat est: cathedra de idoneo rectoris in octo dies. Si rector fuerit negligens in prouidendo cathedra conpellendus est ab officio. Rector vel consiliarius non potest petere cathedram vacantē vel aliud officiū nisi eo videri suo officio esse vacante. Si rector vel consiliarius non fuerit iustus in gradu eligendo. Licentiatus oppositus magistro vel doctore non ascendat cathedram donec fiat magister aut doctor, idq; intra sex menses.

Bachalarij in matres ab obtentione cathedra tenentur fieri licentia-
Bachalario quomodo licet oppo-
Omnibus graduatis
Salutari
Item statum
Prohibito
Magistris
Quod tu
Regnum
Considerandi
Primos me
Secundum
Legerint pu
Niantur ce-
Tum flore-
Nis et amif-
Sione cathe-
Dre.
A Salarium
Soluendum
Rectori a
Doctoribus
Magistris
Alijq; stu-
Dentibus.

predicta cathedra obtinenda secundum vota omnium stu-
dentium vel trium partium eorundem quinario numero di-
uidendoru, quod rectoris & consilioru vel maioris partis
ipforum arbitrio ut supra relinquitur sit preferendus. Quo
casu bachalanus ipse habilis iuxta constitutiones & ordina-
tiones precedentes ad subeundum examen priuatu existat
quod infra trimestre subire & gradum licentie obtinere: ac
infra aliud contiguum trimestre insignia doctoratus legit-
mo impedimento cessante recipere teneatur. Quodq; in di-
cto studio graduati in cathedrarum petitionibus: graduatis
alibi ceteris paribus preferantur. Et quod non residentes in
studio memorato: preter quam absentes ex causis expresse
superius nominatis: ad petitionem cathedrarum vacatium
non admittantur: nisi personaliter venerint & iurauerint
quod intendunt inibi residere. Et si cathedre fuerint his col-
late, teneantur in predicto studio, anno primo salte per octo
menses continuos residere: alias si non resederint tempore
prohibito eo ipso cathedris sint priuati: & poenam centum
floreorum vniuersitati remissibiliter soluendorum eo ip-
so incurrant: nisi aliqua ex dictis causis expressis in constitu-
tione de doctoru lectura se absentauerint. In quibus cessans
a lectura per lapsum temporis non priuatur, ac de soluenda
poena predicta tempore petitionis predictis rectori & con-
siliarijs sufficientem cautionem prestare teneatur.

Constitutio. XXVII. De salario soluendo rectori, et de dupla soluenda a bachalario cursante.

Item statuimus & ordinamus, quod omnes & singuli do-
ctores, magistri, licentati, & bachalarij non salariati: ac
quicunq; studentes etiam monasteriorum, abbates priores,
decani, archidiaconi, ac nobiles seu alij in quibusuis dignita-
tibus personatibus administrationibus seu officijs constitu-
ti: singulis annis cum iuramentum rectori prestiterint: ei-
dem iporum quilibet tres. Canonicus vero duos, & benefi-
ciatus cathedralis vnum morabitos. Canonicus autē vel
beneficiatus alterius quam cathedralis ecclesie sex. Reliqui
vero

vero quinque denarios pro celebrandis festiuitatibus san-
ctorum Nicolai & Catherinæ soluere teneantur. Et si quid
omni fraude cessante superfuerit: in vsus eiusdem rectoris
conuertatur. Quodq; quicunq; bachalarij in hoc aut alio
quocunq; studio graduati: si cursare vel cathedras etiam si-
ne salario obtinere voluerint: vnam duplam pro ipsa vniuer-
sitate rectori predicto soluere teneantur.

Constitutio. XXVIII. De arca & clauibus et pecunijs in eam mittendis.

Item statuimus & ordinamus, quod vniuersitas commu-
nem arcam quinque clauibus firmandam habeat, in qua
sigillum constitutiones & priuilegia omnia eiusdem nec-
non duple bachalariandorum, licentiandorum, doctoran-
dorum & magistrandorum ceteraque poenarum collecta-
rum & aliarum quarumcunq; obuentionum pecunie ipsius
vniuersitatis ponantur & fideliter cōseruentur. Et quod pe-
cunie ipsæ & aliæ quecunq; ad ipsam vniuersitatem quo-
modolibet pertinentes que ad rectoris vel eius substituti sen-
alterius, vel alioru quorūcunq; de ipsius rectoris, vel substi-
tuti mandato seu consensu manus quomodolibet peruene-
rint: in arcā predictam omni excusatione cessante per aper-
turā de super factam infra triduū a tempore receptionis ea-
rum: Vno de tenentibus clauis, notario vel eius vbi interesse
non posset substituto, & vno de bedellis: ac duobus testibus
presentibus per rectorē vel substitutum predictos realiter &
cum effectu numerando reponantur & immittantur. Quod
si non fecerit rector vel substitutus eiusdem: præter periurij
reatum viginti florenorum vniuersitati applicadorum poe-
nam incurrat. Quam nisi infra sex dies immediatē sequen-
tes soluerit: eum sententiæ excommunicationis subiacere
volumus ipso facto, a qua nisi viginti florenis predictis solu-
tis & in arca ipsa vna cum pecunijs quæ reponi debuerunt
repositis: absolui nequeat. Clauium autem predictarum
rector vel substitutus vnam, scholasticus aliam, & vnus pro
parte dicte vniuersitatis deputandus aliam, alias autem duas

B Cursare vo-
lentes aut
cathedram
etiam non
salaratam
obtinentes
tenentur sol-
uere vnam
duplam.

A Arca est co-
stituta ser-
uandis sigil-
lis: priuile-
gijs constitu-
tionibus &
pecunijs vniuersita-
tis.

B Rector de-
bet ponere
in arca pe-
cuniam in-
fra triduū
sub tali poe-
na.

C Que perso-
ne debent
custodire
clauis ar-
ce.

D Arca non est aperienda sine presentia cum aliorum tunc consiliarium.

duo de rectoribus antiquioribus regentibus cathedras & residentibus in studio teneant. Cumque; arca ipsa aperienda fuerit: omnibus tenentibus claves vel eorum substitutis: & dicto rectore vel eiusdem si absens fuerit substituto: consiliariisque; ac notario: & duobus testibus: & bedello presentibus aperiatur. Quodque arca predicta in stationarii domo vel in alio loco securo ubi rector & consiliarii & claves tenentes supra dicti tutius utilius & honestius illam ordinaverint deponendam ponatur.

E Arca sit in domo stationarii.

Constitutio. XXIIX. De eligendis officialibus, et de legatis mittendis, et de poena officialium inobedientium. &c.

A Rector & consiliarii non eligantur ex seipsis.

Item statuimus & ordinamus, quod rector & consiliarii non eligant de seipsis taxatorem syndicum bedellum stationarium aut notarium studij ut rectum habeant iudicium in eligendo. Nec fiant ambaxiate nisi de consensu vniuersitatis predictae; & tunc si ipsius vniuersitatis vrgens necessitas aut evidens utilitas id exposcat. Et ut super ambaxiatis mittendis fraus omnino vitetur: ipse rector aut aliquis ex consiliariis supra dictis pro ambaxiatis huiusmodi nullatenus eligatur: nisi eidem vniuersitati euidenter constaret per aliquem seu aliquos ex eis utilius & honorabilius quam per aliquem

B Legati non mittantur nisi vrgente necessitate, & non eligatur legatus rector nec consiliarius nisi magna appareat comoditas.

alium vel alios posse ipsius vniuersitatis negotia pertractari seu procurari. Quodque; omnes salaria recipientes ratione officiorum suorum per rectorem studij: pro qualibet vice qua in officijs suis defecerint vel rectori non obediuerint ut teneantur in duobus regalibus argenteis vniuersitati applicandis. Et si hoc continuerint, in media parte salarii cuiuslibet tertij mulctentur. Si vero in huiusmodi inobedientia seu defectu ulterius ipsi forsitan perseverauerint causa cognita: si

C Poena officialium inobedientium rectori procedit usque ad depositionem ab officio, & quod loco depositorum alij eligantur.

vniuersitati visum fuerit officijs suis priuentur: excepto syndico qui ad nutum vniuersitatis quotiens ei placuerit liberè instituat & destituatur, ac vniuersitas rector & consiliarii loco priuandorum alios creent: si de illis sint quos vniuersitas rector & consiliarii ipsi consueuerint creare. Si autem de alijs per principem creandis sicut cōseruatores fuerint: Princi-

D Cōseruatores si fuerint negligentes per principem debent deponi atque alij substituti.

pi intimetur eorum remissio negligentia seu culpa: cui supplicetur procreandis alijs in numero pari ad quod iuxta vniuersitatis supplicationis tenore faciendum ipsum principem tenore presentium in domino exhortamur. Insuper dictus syndicus pecunias poenarum temporalium arcae vniuersitatis applicandas praeter quam multarum regentium cathedras & officialium de quibus supra dispositum est infra mensem a tempore scientiae vel mandati rectoris computandum sub poena priuationis officij sui petere: ac scholasticus & rector praefacti a predicto syndico requisiti iudicare leuare ac recipere teneantur. Et ut syndicus ipse spe praemij ad petendum poenarum summas huiusmodi incitetur: sibi pro suo labore quarta: reliquae vero tres partes pecuniarum huiusmodi Rectori supra dicto tradantur vniuersitatis vrbibus complicandae. Item quia aliquando contingit, quod super electionibus rectorum & consiliarium necnon provisionibus cathedrarum & officiorum studij: ac examinibus & nonnullis alijs actibus scholasticis qui per praefatos rectorem scholasticum seu vniuersitatem aut collegium doctorum geruntur seu exercentur scandala & oppressiones indebitè perpetrantur. Nos cupientes huiusmodi oppressionibus & scandalis obuiare: omnes & singulos facientes seu procurantes super electionibus provisionibus examinibus & alijs actibus huiusmodi vel aliquo ipsorum quouis modo seu alio quæsito colore per se vel alium seu alios graue aut seditiosum tumultum vel periculosum scandalum aut irrogantes seu committentes graue vel atrocem iniuriam de qua eadem passus se reputare debeat merito iniuriatum: seu etiam graue damnum publicè vel occultè directè vel indirectè illi vel illis ad quae seu ad quos huiusmodi provisiones electiones examina & actus facere vel exercere communiter vel diuisim pertinet: aut alicui de interessentibus ibi ratione praemissorum dantes vel praestantes super eis auxiliium consiliium vel fauorem: si non sint de corpore vniuersitatis predicti ipso facto excommunicationis sententiae volumus subiacerè. Ipsosque; praefatus scholasticus si causa cognita in praemissis aut aliquo praemissorum reperiat culpabiles: eos excommunicatos publicè denunciari faciat, praestito prius iuramento

E Syndicus quas pecunias teneatur colligere in arca sub poena amittendi officium.

F Syndico quarta pars poenarum tribuenda.

G Poena studentis facientis scandala.

H Scholasticus teneatur in rare se zelo iustitiae damnare quem damnat.

Absolutio non soluen-
tis poenam
infra men-
sem refer-
natur sedi
apostolicae.

K Scandali-
zantes si
sint de cor-
pore uni-
uersitatis
qua poena
puniendi.

ramento per ipsum scholasticum quod ad denunciationem huiusmodi & malitia non procedit aut procedere intendit. Quod si sic ut praemittitur denunciati infra mensem eidem vniuersitati & iniuriam passis non satisfecerint competenter: ab huiusmodi excommunicationis sententia non possint absque nostra vel sedis apostolicae licentia speciali: praeterquam in mortis articulo constituti absolutionis beneficium obtinere. Si vero de corpore vniuersitatis, ad gradus cathedras & officia in dicto studio consequenda usque ad quinquennium inhabiles eo ipso. Et si cathedras aut officia huiusmodi habuerint eos, ipso facto priuati. Si autem doctores fuerint, ab actibus & honoribus doctoralibus per quinquennium eo ipso suspensi existant.

Constitutio. XXX. De persoluendis salarijs, et libris emendis, et debito administratoris.

A si redditus
suffecerint
omnia sala-
ria persol-
uatur in in-
tegrum.

B Si redditus
non suffe-
cerint om-
nibus solu-
tur in in-
tegrum anti-
quis et no-
uiter ordi-
natis de re-
siduo pro-
rata.

C Pecunie
que super-
funt sala-
rijs referen-
dae in arca
ad edifican-
das aut re-
parandas
scholas et
redimendas
pensiones.

Item statuimus & ordinamus, quod ubi redditus decimarum tertiae vel tertiarum nuncupati sufficient, omnibus doctoribus magistris licentiatis bachalarijs & alijs pro salario legentibus: necnon administratori notario syndico & bedellis sua salaria integraliter prout hactenus factum extitit persoluatur. Si vero redditus huiusmodi ad omnia salaria quae de praesenti soluuntur aliquo vel aliquibus annis non sufficiant volumus quod ab antiquo salariatis primo satisfacto de suis salarijs antiquitus solui consuetis ex residuo satisfaciat pro rata suarum pensionum & residui regentibus cathedras & officia nouiter ordinata. Et ubi praedictis omnibus integre persolutis praedicti redditus superabundauerint: illud quod supererit cum alijs pecunijs arcae praedictae conuertatur in perficiendo & reparando scholas iuristarum theologorum medicorum & philosophorum: ac in fieri faciendo domos pro tribus alijs scholis grammaticorum & logicorum: necnon in redimendo & liberando ipsam vniuersitatem a solutione cuiuscumque census seu pensionis in quibus nunc alicui tenetur. Quibus completis, in emendo libros & petias librorum lecturarum doctorum iuris canonici ciuilibus theologiae medicinae & philosophiae usque ad valorem duorum millium flo-

renorum: secundum dispositionem rectoris consiliariorum & legentium praedictorum pro quibus habendis fiat diligentia opportuna. Et ipsis habitis in domo stationarij studij iuxta ordinationem rectoris & consiliariorum intra studium in loco congruo & honesto ponantur. ipseque stationarius, qui vnus ex bedellis fidelis & honestus facultatibus abundas & suspicione carens sit: pensionem annuam viginti florenorum duntaxat recipiens libros & petias huiusmodi honeste teneat: fideliter & diligenter custodiat: & de sic faciendo ac seruando vniuersitatem indemnem: cautionem idoneam vniuersitati praestet. alias alter idoneus huiusmodi habens conditiones ad hoc eligatur & deputetur praestita cautione. Qui quidem libri & petiae pro aliqua necessitate obligari distrahantur aut alias quomodolibet alienari non possint. Secus autem facientes & consentientes excommunicationis sententia innodamus. A qua absolui nequeant: donec distracta obligata seu alias alienata vel ablata in statum pristinum restituta fuerint. Et ut haec de perficiendo edificando redimendo & emendo debitum fortiantur effectum: volumus & mandamus, quod dictus administrator praefatum residuum pro praemissis per rectorem vel scholasticum infra mensem a die requisitionis computandum tradat & expediat. Et quod scholasticus qui nunc est cum administratore: & post scholasticum ipsum eius successor & alius tertius ei adiungendus que vniuersitas deputauerit quando eius sum fuerit cum administratore post publicationem praesentium cum se facultas obtulerit sub poena excommunicationis: debita executioni demerent. Quibus omnibus & singulis completis & alijs oberibus & sumptibus emergentibus persolutis: illud quod tunc de praedictis redditibus tertiae vel tertiarum supererit in duas partes annuatim diuidatur in fine cuiuslibet anni quarum vna arcae vniuersitatis vna cum multis legentium & officialium pro expediendis & procurandis negotijs & alijs necessitatibus vel utilitatibus vniuersitatis applicetur. Alia vero pars residui praedicti inter legentes salariatos in studio residentes &

D Duo millia
florenorum
consumenda
in libris
emendis.

F Stationarius
conten-
tus salaria
viginti flo-
renorum
teneat
libros in
bibliotheca
collocatos
idque presti-
ta sufficienti
cautione.

F Libri uni-
uersitatis
nullo pacto
distrahendi
sunt inhi-
bente exco-
municatio-
nis senten-
tia.

G Admini-
strator re-
quisitus
necesse est
inter mensem
suum partem
soluere
non digne
magis digne

H Residuum
in duas par-
tes diuiden-
dam, quarum
altera ar-
cae est ap-
plicanda
tertia aut
quarta sala-
riatis est
distribuen-
da.

lectu-

lecturam continuantes: vel ex causis expressis nominatim in constitutione de lectura eorum in quibus salariū percipiunt a lectura cessantes consideratis qualitatibus & meritis cuiuscunque distribuatur. Volentes etiam & ordinantes, quod administrator vel eius locum tenens in terminis consuetis salariarum quæcunque lectoribus & officialibus assignata & solui consueverit in posterum assignanda: nec non multas rectori pro substitutis solvendis per illos quorum intererit requisitus cessante causa legitima persolvat. Quodque eo tempore quo continget residuum prædictum diuidi administrator prædictus partem ipsius residui vniuersitati vt supra contingente cum alijs pecunijs vniuersitatis penes eum existentibus rectori, scholastico & alijs tenentibus clauis arcæ prædictæ vel deputatis ab eis notario vel eius substituto & testibus præsentibus in arca ipsa infra mensem postquam per rectorē vel scholasticum fuerit requisitus ponere: nec non aliam partem præfati residui lectoribus supradictis per eos requisitus infra mensem legitimo impedimento cessante tradere teneatur sub pœna excommunicationis, quæ eundem administratorem in quolibet dictorum quatuor casuum incurrere volumus ipso facto à quo donec lectoribus & officialibus salaria eis vt præfertur debita soluerit: & præfatum residuum pro præmissis expenderit vt præfertur: Nec non ex residuo ipso quædo illud diuidi contingit vnam vniuersitati in arca vt supra reposuerit & lectoribus salariatis alia partes eos contingentes vt præmittitur tradiderit & de damno quod ex culpa sua sequutum fuerit satisfecerit competenter absolui nequeat. Sed præfatus scholasticus ad requisitionem eorum quorum intererit eodem administratore vel locum tenente vocato & cognito summarie an ipse administrator vel locum tenens legitimam & probabile causam habuerit quare denunciari excommunicatus non debeat secundum id quod inuenerit eundem administratorem vel locum tenentem excommunicatum vel non excommunicatum fore appellatione remota denunciaret. Prius tamen per dictum scholasticum quod ad denuntiationem ipsam ex malitia non procedit prestato iuramento. Et si dictus administra-

Administratores in quibuslibet excommunicatus a summo pontifice. N Administrator tunc salarium in termino annipro multis fuerit solvendis.

ministratores vel locum tenens sententiam excommunicationis post denuntiationem huiusmodi per vnum mensem animo quod absit sustinuerit indurato: non possit nisi apud sedem apostolicam ac satisfactione debita de illis in quibus ratione præmissorum tenebitur realiter prius impensa: præterquam in mortis articulo constitutus absolutionis beneficiū obtinere. Volumus tamen quod in ultimo termino cuiuslibet anni salariorum soluedorum prædictis lectoribus, Administrator ipse de summa salarij quælibet pro illo termino contingente retinere valeat: pro rata illorum dierum qui restat adhuc de studio: vt si forte aliquis de prædictis lectoribus legere omiserit: habeat administrator de quo soluere possit multas: quas incurrerit ex cessatione & omissione lecture.

M Administrator si post denuntiationem permiserit vno mense excommunicatus non potest absolui nisi a summo pontifice. N Administrator tunc salarium in termino annipro multis fuerit solvendis.

Constitutio XXXI. De cursibus, et gradibus theologicis.

